

Ab. 127.
29.



Positiones
DISPUTATIONIS XII.
DE MVTVO
ET SENATVSCON-
SVLTOMACEDO-
NIANO.

Q V A S

Diuiná aspirante gratiá.

Sub Præsidio

Clarissimi & Consultissimi viri

Ortolphi Fomanni V. I. D.

& P. P. P. in inclyta Salana

*Publicæ ventilationi ad 22. Septemb. hora
locoq; consuetis propo-
nit.*

Iohannes Christophorus Fridericus,
Stetinensis Pomeranus.



I E N Æ

Imprimebat Tobias Steinman.

Anno cl^o Is IC.

Viris Clarissimis atque Con-
sultissimis

Dn. Christophoro Friderico V. I. D.
& Reipublicæ, quæ est apud Sedinenses, Syndico fi-
delissimo, Parenti suo debita animi obser-
vantia colendo.

Dn. Henrico Schvvalenbergio
V. I. D. & Illustrissimi Principis ac Domini, Domi-
ni IOHANNIS FRIDERICI, Ducis Pomeraniæ, Domini mei cle-
mentissimi, Consiliario dignissimo, affini suo, multis no-
minibus honorando.

N E C N O N

*Amplissimo, Prudentissimo, virtute & multarum rerum usu
Ornatissimo viro*

Dn. Vito Sibero, Reipublicæ Li-
psiensis Senatori dignissimo, affini suo,
cum primis colendo.

Dominis: Parenti parentumque loco omni obsequij
studio honorandis.

Theses hæc legales in debitæ obseruantia
testimonium

Mittit
Submittit,

Author & Respondens.



T H E S I S I.



Rediti verbum latissimè patet, omnes, ex quibus quid deberur. obligationes comprehendens, speciali tamen & propria magis significatione hîc pro mutuo sumitur.

lib 4 c 1 f 1
285

II.

Atque ita mutuum & creditum non idem sunt, sed tanquam genus & species differunt, creditum genus voco, mutuum crediti speciem.

III.

Estque mutuum contractus realis, quo rem in eadem nobis reddat, non quidem in specie, sed in genere & eadem bonitate.

Not ad disp p 4
ac 1630 f 29
828

IV.

Idque variè à Dd. diuiditur, nos Vulteiium secuti in verum & quasi partimur.

Diuisio
lib 2 l 12 f 428

V.

Verum voco, quod statim acceptione rei perficitur. Quasi quod tractu temporis conualefcit, & ex post facto inducitur.

pe naturale, nec tamen non in eo
sunt. Lib. 2 l 12 f 428
Not. ad disp. p 4
ac 1618 f 70

VI.

Et hoc duobus modis: Ab Homine videlicet aut à lege.

VII.

Ab Homine aut prioris contractus quasi quas

A 2

dam



dam Innouatione, aut interpositæ euentu Conditio-
nis. VIII.

A. Lege aut Vsucapione aut Consumptione;
tunc enim mutuum quod non erat ab vsucapione
vel consumptione conciliatur, atq; ita quod ex par-
te hominis contractui deest, à Lege suppletur.

IX.

*Causa effi-
ciens.*

Causa efficiens huius contractus conuentio &
consensus est principalis vero res ipsa, sine qua mu-
tui obligatio non oritur, adeo vt vno horum defici-
ente, secundum communem Dd. intellectum mutu-
um non subsistat.

X.

*Qui mutu-
um dant.*

Mutuum dant omnes, qui consentire possunt &
liberam bonorum suorum administrationem habent
nisi quibusdam specialiter hæc vel à Natura vel Le-
ge potestas adempta inueniatur.

XI.

Natura mutuo non dant, qui consensu destituun-
tur, & vel ætatis defectu, vel animi laborant vitio.

XII.

Impubes ergo infans, furiosus, prodigus, cum
potestate rerum suarum, licet domini sint non habe-
ant, mutuum dare nequeunt. Idem de fure dicimus.

XIII.

Quid de muto & furdo? Licet hi stipulari ne-
queant, eos tamen mutuum dare posse asserimus.

XIV.

Lege prohibentur præsides prouinciarum tem-
porarij, qui licet accipere possint, mutuum tamen
contrahere nequeunt. Deposita administratio-
ne ex

ne ex mutuo partium consensu dare possunt, etiam si modo sit officium finitum.

XV.

Non solum autem ipsimet domini sed & sub eorum potestate constituti, tam res suas peculiare, quã eorum, quorum sunt subiecti potestati recte mutuo dant, si eas illorum iussu gerunt.

XVI.

Vnde procurator, vel speciale mandatum, vel liberum bonorum administrationem habens, mutuũ dando obligationem inde promanantem, domino acquirit.

XVII.

Socius quoq; propriam pecuniam mutuũ dans, omnimodo creditam pecuniam efficit, licet ceteri dissentiant. Quod si communem numeravit, non aliã creditã efficiet nisi ceteri quoq; consentiant. Sux n. partis duntaxat alienationem habuisse videtur.

XVIII.

Mutuũ porro accipere possunt omnes qui non expressè inveniuntur prohibiti. Prohibentur a. quidam Natura quidam Lege.

XIX.

An igitur pupillus ex contractu absq; tutoris auctoritate celebrato, obligetur, acerrimè inter Dd. cõtrouertitur? & eum ne naturaliter quidem, nisi aut locupletior factus, aut dolo in aliena re versatus fuerit, obligari concludimus.

XX.

Pubes a. absq; curatoris auctoritate, mutuos sumendo nummos, etiam non locupletior factus obligatur.

XXI.

De prodigo (cui ipso iure bonorum administrationem

A 3

nem

*Not. ad disp. p. 41
au 1616 f. 57*

*Qui mutuũ accipiunt.
Harkel. in
Disp. 25 p. 17*



nem exercitij gratia interdictam tuebor.) an ex mu-
tuo naturaliter obligetur elegans controuersia est?
in Negantium castra transcendimus sed cum excep-
tionibus supra in thesi 19. traditis.

XXII.

Quid si iuramentum contractui adiectum fue-
rit? Eo contractum non effici validum cum commu-
ni Dd. schola statuimus.

XXIII.

Nobilis sese hic, an ciuitas rectè obligetur que-
stio offert? Affirmo, ciuitas modo, vel ciuitas ^{cah} consi-
lium consentiat.

XXIV.

Quid de Syndicis vel Actoribus, absq; speciali
mandato mutuum contrahentibus, an ciuitas ex fa-
cto eorum teneatur? non teneri puramus, nisi
nummos in vtilitatem ciuitatis conuersos esse credi-
tor probare possit, alioquin ipsi soli, qui contraxe-
runt, non ciuitas tenebuntur.

XXV.

Nec probare sufficit tempore pecuniæ mutuo
datae illam indiguisse.

XXVI.

An a pecunia, mutuo Actorum nomine accepta,
postea in ciuitatis vtilitatem conuersa, ciuitas obli-
getur, non immeritò queri potest? vbi tamen solos
Actores, neutiquam ciuitatem obligari asserimus.

XXVII.

Num ciuitas ita ciues suos, eorumque bona, vt
in defectu solutionis vbiq; locorum arrestentur, ob-
ligare possit, elegans quæstio est? vbi in casu necessi-
tatis talem obligationem valere & si bona ciuitatis
non

*Nec ad disp. pull
ac 1616 fol 73*

*Nec ad disp. pull
ac 1616 f. 73
v*

Disp. 12
non sufficiunt, collectas à magistratu imponi posse
putamus.

XXIIX.

Consistit a. mutuum in illis rebus, quæ pondere, *Materia.*
numero, mensura constant. Earum n. datione dunta-
xat in creditum imus, quæ in genere suo functionem
recipiunt, magis per solutionem, quam in specie.

*Ar. 1616 f. 60. 77
nono Disp. 2411.*

XXIX.

Vnde grege ad numerum mutuo dato, ut toti-
dem corpora reddantur, mutuum non contrahi re-
ctè dicimus.

J. Al. 60.

XXX.

Lanam tamen, carnes, & panes ad pondus datos,
in hunc contractum venire putamus.

In notis Disp. 2411. ar. 1616 f. 61

XXXI.

Modus substantiam Mutui concernens, vel com-
munis vel singularis est. Communem existimo, cum
res ipsa à domino proficiscitur. Singularè, si Stichus
debitorem suum pecuniam dare Titio iubet.

Forma.

*N. ad Disp. 2411. ar. 1630
f. 30*

XXXII.

Quo in casu, licet aliàs per extraneam personam,
nec obligatio nec actio acquiratur: domino tamen
certi conditionem competere concludimus.

XXXIII.

Sic credita fit pecunia, mea pecunia, apud te de-
posita, si tibi, mutuam roganti, uti permittam.

XXXIV.

Quid si inter nos conuenerit, ut pecuniam quam
ex causa mandati debes, crediti nomine retinens? &
mutuum esse concludimus.

XXXV.

Sed si ego pecuniam quasi donaturus dederò,
tu quasi mutuam accipis, an contrahatur mutuum,
quæ-

*N. ad Disp. 2411
ar. 1610 f. 58*

questionis est? & neq; mutuum neq; donationem esse dicimus.

XXXVI.

Cumq; re contrahatur ulterius obligari, quam quatenus acceptum est nequit. Vnde si decem dem, ut undecim debeantur, obligatio ultra decem non nascitur.

*Nu. ad disp. pub.
ad 1616 f. 65*

XXXVII.

Sua natura mutuum gratuitum est, quamvis stipulatione adiecta, ut propter usum pecuniæ licitas mutuarius usuras præstet, effici possit.

*Nu. ad disp. publ. ac
1616 f. 65*

XXXIX.

An a. ad listendum usurarum cursum præter obligationem consignatio & deposito requiratur, non levis inter Interpp. controuersia est, & requiri secundum communem Dd. opinionem arbitramur.

XXXIX.

Effectus mutui maximus est, ut dominium in accipientem transferatur, ideo casum fortuitum, quo res mutuo accepta amissa est, debitorem non liberabit.

*Nu. ad disp. Effectum.
publ. ac 1736 fol. 35
Th. 4039*

XL.

Pactum tamen, ne præstetur interponi potest.

*ad manifestum hoc
periculi pertinet,*

XLI.

Sed in longam hinc erupit disputationem: An is, qui casum fortuitum in se recepit, de insolito quoque teneatur? In affirmantium subsellia transimus.

2 th. 39

XLII.

Nascitur ex hoc contractu Actio, quæ certi conditione appellatur, & generalis est, ex omni actione, qua certum petitur, competens.

*Nu. ad disp. publ. ac
30 th. 40 fol. 36*

XLIII.

Qua conuentus, creditum totum in eodem genere,

ic,

re, eademque bonitate, licet de hoc nominatim nihil actum sit reddere tenetur.

XLIV.

Vnde creditor vinum nouum pro veteri aut numeros in alia forma, si damnum aliquod inde passurus sit, accipere cogendus non est, adeo vt licet, quod offertur, melius sit, si tamen ex ea re creditori quid damni immineat, inuito id obtrudi nequeat.

XLV.

Sed cuius temporis æstimatio in iudicio fieri debeat, in quæstionem venire solet? & si inter contrahentes conuenit de tempore, quo reddatur, id seruabitur, si non conuenit, quanti tunc, quo lis contestata.

XLVI.

Quod si monetæ intrinseca vel extrinseca bonitas mutata fuerit, contractus tempus inspicietur.

XLVII.

An a pecunia, in diem debita, ante diem inuito creditori rectè soluatur? & cum dies in fauorem debitoris adijciatur, rectè solui posse affirmamus.

XLIIII.

Contraria huic actioni Exceptio est non Numeratæ pecuniæ. Licet n. chirographum conficiens, in quo se debere fatetur ipso iure teneatur, exceptione tamen non numeratæ pecuniæ intra biennium opponens, defenditur.

XLIX.

Quæ an post biennium opponi possit, grauissima Dd, controuersia est, & opponi posse asserimus.

L.

Inter mercatores quoque huic exceptioni licet communis in contrariū sit, locum esse contēdimus.

B

Ad

*Not ad Lic. pull
ac. 1630 f. 33 h. 34*

*th. 1623 M. 9
vid. J. Sup. 13
M. 7 & p. 12*

*vid. m. 1623
f. 9 m. 10
vid. ad Lic. pull
ac. 1630 f. 34 h. 34*



Ad Senatusconsultum Macedonianum,

LII.

Etsi regulariter mutuam pecuniam sumentes, ex mutuo obligantur; idem tamen in filiis familias non obtinet qui propter Senatusconsulti Macedoniani auctoritatem conueniri nequeunt.

LIII.

Causa huius Senatusconsulti est, ne ære alieno creditarum pecuniarum obruti, vitæ parentum insidias filiis familias struant.

LIIII.

Cui, etiam si iuramentum accesserit, cum in odium fœneratorum introductum sit, renunciare non posse verius arbitramur.

LIV.

Exceptio autem hæc ad omnes non solum filios familias, nepotes, pronepotes, neptes proneptesque extenditur, sed etiam patræ & fideiussori (dummodo non donandi animo intercesserint) datur.

LV.

Usque adeo ut si pecuniam filius familias soluerit eam extantem adhuc pater condicere possit.

LVI.

Imo & hæredibus eorum beneficium hoc prodesse, & tum quoque, si iam sententia lata est, opponi posse putamus.

LVII.

Ne tamen creditores, iusta interdum decepti facilitate, damnum aliquod patiantur, ideo multi è contrario calus sunt, hoc quibus decretum cessat.

Iussu

lib 14 pum d 1. 5 f
10) lib 4 ct 13
f. 12

LIIIX.

Iussu n. & voluntate patris, mutuam si pecuniam acceperit, vel pater postea ratum habuerit, actionem creditori competere dicimus.

LIX.

Quid si patrem familias se simulauerit vel pater familias factus debitum agnouerit? teneri eum æquitatis ratio suadet.

LX.

Idem iuris putamus, si studiorum causa absens, ad usus necessarios tantam summam quantam patris pietas subministrare solebat acceperit, tunc n. parens beneficium hoc prætendens, exceptione doli summovebitur.

LXI.

An a si filius familias, non principaliter acceptis nummis mutuum sed emprionem contrahens, sine fraude senat. a consulti, interposita stipulatione, de precio atq, usuris in creditum eat, huic beneficio locus est? Et licet eadem Actio, idem Actoris titulus videatur, propter diuersam tamen originem & propter diuersam obligationis causam beneficium hoc cessare asserimus.

LXII.

Calophonem nobiles hæ, licet impertinentes sint, quæstiones imponant. An Emphyteuta canonem non iusto tempore soluens, absque iudicis decreto iure suo cadat? Affirmamus.

LXIII.

Feudum pro se & liberis, ex legitimo matrimonio natis recipiens, eos, per subsequens matrimonium legitimati qui sunt, non excludit.

Contubernali suo Iohanni

Christophoro Friderico sua-
uissimo.

E Cquid te dignum quæso magis ordine nostro
Prodere posse putem? Dum sic Friderice labore
Sacra pie Themidos, & publica commoda curas:
Haud equidem quicquam. Quare laud adile proorsus
Sedulius hoc urge studium, nam copia cornu
Hinc manans largo, non vana futura videtur.

F. M.

Ludouicus à Brederlo
nobilis Pom.

F I N I S.



Kc 3192

8^o


(X2217985)

VO 12

MC








B.I.G.

Farbkarte #13



Positiones
DISPUTATIONIS XII.

M V T V O

SENATUS CON-
SULTO MACEDO-
NIANO.

Q V A S

Diuiná aspirante gratiá.

Sub Præsidio

Clarissimi & Consultissimi viri

phi Fomanni V. I. D.

& P. P. P. in inclyta Salana

publicæ ventilationi ad 22. Septemb. hora
locog. consuetis propo-
nit.

nes Christophorus Fridericus,
Stetinensis Pomeranus.



I E N Æ

primebat Tobias Steinman.

Anno c13 13 IC.

